...beat interpretatione; & multa in
...ior lector recedat. quam fuerat ante
quã legeret; Ne hoc dico quo magnis ingeni
is detraham. & alios mea laude suggillem.
sed quo commentatoris officium sit. ut quae
obscura sunt breuiter aperteq; dilucidet.
& non tam disertitudinẽ ostendat suam.
quam sensum eius quem exponit disserat;
quaerimus igitur ionas propheta excep
to uolumine suo & euangeliis. hoc est dñi
de eo testimonio. ubi alibi in scripturis
scĩs lectus sit? & nisi fallor in regum uo
lumine de eo ita scriptum est; Anno xv.
amasiae filii ioas regis iuda. regnauit
hieroboam filius ioas regis isrt in sama
ria. xl. annis & uno. fecitq; malum corã
dño & non recessit ab uniuersis peccatis
hieroboam filii nabath qui peccare fecit
isrt. Ipse conuertit fines isrt in sama
riã. ab introitu emath usq; ad mare so
litudinis iuxta uerbũ dñi di isrt. qđ
locutus est in manu serui sui ionae filii
amathi pphete. Qui fuit de geth. que est
in opher. Tradunt autem hebrei hunc
ẽẽ filium uiduae sareptene. Quem he
lias propheta mortuum suscitauit. Ma
tre postea dicente ad eum; Nunc cogno
ui quõ uir di es tu & uerbũ dñi in ore tuo
est ueritas; & ob hanc causam etiam ipsũ
puerum sic uocatũ; Amathi enim in nr̄a
lingua ueritatem sonat. & ex eo qđ uerũ

helias locutus est. ille qui suscitatus est
filius ẽẽ dicitur ueritatis. Porro geth in
secundo sapphorim miliario quae hodie
appellatur diocaesaria euntibus tiberi
adem haut grandis est uiculus. ubi & sepulchrũ
eius ostenditur. Quamquam alii iuxta di
ospolim id ẽ liddam eum & natũ & conditum
uelint. Non intellegentes hoc quod additur
o fer. ad distinctionem aliarũ geth urbiũ p
tinere. Quae iuxta eleutheropolim. siue dios
polim hodieq; monstrantur. Liber quoque to
bith licet non habeatur in canone. Tamen quia
usurpatur ab ecclesiasticis uiris. tale quid
memorat. dicente tobith ad filium suũ; Fili
ecce senui & in eo sum ut reuertar de uita mea.
Tolle filios tuos & uade in mediam fili; Scio
enim quae locutus est ionas ppheta de nineue.
quõ subuertetur. & reuera quantũ ad histo
rias tam hebreas quam grecas pertinet. &
maxime herodotum legimus. Nineuen. Re
gnante apud hebreos iosia. Astraxa rege me
dorũ fuisse subuersam. ex quo intellegimus.
Primo tempore ad ione praedicationẽ acta
poenitentia nineuitas ueniam consecutos.
Postea uero in pristinis uitiis pseuerantes.
Di in se prouocasse sententiam. Traduntq;
hebrei. osee. & amos. & isaiam. ac ionam.
isdem prophetasse temporibus; hoc quantũ
ad historiae ptinet fundamenta. Ceterum
non ignoramus. chromati papa uenerabi
lis sudoris ẽẽ. uel maxime totũ pphetam

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0211